

Amice Suspiciende.

1740

Nuper tibi scripsi, & Martini Continuationes missi, quae per  
Dnum Claparede ritè promota esse non dubito. Ad illo tem-  
pore incidi in Georgii Haefn Historiam Martis bur-  
gicam Germanicè editam Lipsiae non procul ab initio hujus  
a. 606. seculi, ubi Historia Wiperti Groicensis, cuius in prioribus meis  
mentionem feci, versionem inveni. ~~Ex qua antea~~ adornatam  
ab ipso Keineccio. Ex illà video non esse nisi hujus historiae  
compendium illud quod post Montislerani Chronicon Made-  
rus adidit, et postquam ipsius Maderi praefationem accura-  
tius inspexi, illum fabricari conspicio, Compendium tantum se-  
dare, tam ipsius Wipertinae Historiae, quam Continuationis  
illius à Keineccio omisse (definit enim Keinecciana e-  
ditio, ut ex versione concludo, in anno 1124). Maderianum  
Codicem in Wolfenbüttelenfi Bibliotheca afferuari non  
dubito. Insuper adhuc magno perè, ut illum nancisci co-  
neris, ac integram hanc historiam, collato cum Kei-  
neccii editione Latinà (quae ut antea scripsi Erfurti  
1580 in folio, ut vocant, prodit; titulus si rectè meministi:  
Pegaviensis monachii historia de vita & rebus gestis Wi-  
perti Groicensis) codice Maderiano, ~~reviseris~~ recudi facias  
Continuationemque integram, prout in Codice dicto habet  
nobis dones: Compendium enim Maderianum nullius esse  
authoritatis ipse vides, cum nemo scire queat, absente Co-  
dice originali, quanam ibi propriis authoris verbis re-  
lata sint, quanam Maderi. Et forè multa omissa sunt,  
quae publicè legi et usu esset. Si te exorari facias, vellem  
integras Keineccii praefationes & Tabulas Genealogicas  
addi. Opere etiam praetium esset consulere praedictam  
Keineccii versionem Germanicam propterea nonnullorum ob-

270  
Sciurarum locorum explicationes, quas dicitur interpres in mar-  
gine passim adiecit. Quod reliquum est officiosissime meo no-  
mine saluta Dnm D. Duborn, & ipse diu multumque vale.

Nominis Tui

Lips. d 8 Junii — 96.

indefessus cultor

Arnas Magnus



A Monsieur  
Monsieur des Vignoles  
Ministre de l'Eglise Françoise

à  
Brandebourg.

Mr. Magnus. 8 Junii 96